

V MEN IUVVENIS EX-
PERTI NOVUM INCIPIT, &c.

*Pater & Domine Reverende, licet liberalium
existam scientiarum ignarus, &c.*

NCIPIT TRACTATUS IN QUO
nominat lapidem Philosophorum.

INTELLIGE ergo dictum Philosophi, Quod
actus activorum sunt in patiente prædisposito,
per quod intelligitur Elixir fieri non posse, nisi
ex materia ad hanc perfectam dispositionem ha-
bente. Testificor autem vobis huiusmodi habi-
tem inesse materiei, ex qua meis manibus, testibus oculis
alienam tamen ut prædixi doctrinam factum fuit elixir,
urnum convertens in aurum, id est, in Solem, quam qui-
dam materiam jam vobis nominavi, quod est Philosophorū
agnesies, de qua Philosophi extraxerunt aurum in corpore
occultum, & in qua argentum vivum de arg. vivo & sul-
phure invenerunt, quæ est lapis in similitudine &
coloris, sed in natura non imitatur naturas lapidis. Quare dici-
tur lapis, non lapis, & est mixto tabesci dictum argent. vivum
in propria natura. Nos adhuc in natu-
ra ad quam deductum per mineram. Sed arg. viv. nostrum
ad quam deducit illud artificium nostrum. Istud est
nostrum, ex quo fit tinctura vera, ex quo fit Chabrichim
& Mercurij conjugium, in quo est rex cum sua uxore, & hæc
de ipsos commendant in ipso ære sunt, ut per operationem
argumentum clarius patefiet. Iste est spiritus, quo tingimus,
est corpus de quo in Turba dicitur, & ista est via, quæ dici-
tur arg. viv. ideo habetur ex corporibus liquefactis, non li-
quefactione vulgari, sed ex illa quæ durat, quamdiu conju-
gii vero matrimonio uniuntur, scilicet, usq; ad albedinem,
est lapis qui in vertice montium invenitur, & dicitur me-
neralis: Animalis etiam fertur esse, quando habet a-
niam. Quare dicitur in Turba æs, ut homo corpus habet &
animam. Item omne quod habet spiritum, habet & sangui-
nem.